



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Cura Salvts, Sivæ De Statu Vitæ Mature ac Prudenter Deliberandi Methodus**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniae, 1716**

**VD18 13912755**

An liceat impedire aliquem à Religione?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50144)

Etione mutare soleat motivum, & veram vocationem obtinere.

An liceat impedire aliquem à Religione?

1. **Q**uisque post annum decimum quartum ætatis habet jus ingrediendi Religionem, si velit; à quo jure qui illum vi, vel fraude impedit, graviter peccat, quia facit illi in re gravi injuriam.

2. Si quis alterum impediret ab officio obtinendo à matrimonio, ab alimentatione totius vitæ, graviter delinqueret: quantò magis ille, qui à majori longè bono, nempe Religione impedit.

3. Non solum vi, aut fraude, minis, verberibus, &c. impedire ab ingressu Religionis, peccatum est; sed etiam metu reverentiali, importunis precibus, & lachrymis parentum; licet enim talis mentus & moralis coactio in foro externo non videatur cadere in virum constantem; in foro conscientiae tamen tollere judicatur libertatem, adeoque per talem gravis fit injuria illi, qui his impeditur ab eo bono, ad quod jus habet.

4. Qui dissuadet alteri Religionem, in

in qua is salvatus fuisset, si deinde pe-  
reat, quod facile fieri potest, quid  
aget, ubi DEUS animam hujus ex ejus  
manibus repetiturus est? quomodo ta-  
lis anima damnata maledicet æternum  
tali seductori.

5. Si quem ad DEI obsequium pro-  
perantem quis impediatur, non illi solum,  
sed & DEO injuriam facit, dum DEI  
consilium suo pervertit; animam ad  
Christi castra vocatam, sub diaboli ve-  
xillo detinet. *Retrabere à Religione est Cbri-  
stum in alterius pectore occidere.* S. Hier. ep.  
ad Helio.

6. Si Rex ad aula invitaret aliquem,  
nefas duceres impedire, & quid Regi Re-  
gum respondebis, si quem ab ejus obse-  
quio avoces?

### Axiomata bonæ Deliberationis.

1. **I**N deliberatione sequi potius oportet  
rationem, quàm sensum; ideo  
DEUS homini rationem dedit, & per  
hanc ab animalibus distinxit, ut eam  
sequeretur. Sensum sequi brutorum est.

2. Ex duobus bonis, id quod majus  
bonum est, eligendum; intellige quod  
majus bonum est verè, non tantùm  
apparenter, præterea quod est majus